

patrum, Historia Turpini Remensis de gestis Karoli Magni imperatoris¹⁰²⁾ ceterorumque multorum historiographorum^{cc)}. Adduntur et alie innumerabiles^{dd)} historie breves^{ee)} de passionibus Apostolorum et martyrum, de gestis ac moribus et^{ff)} conversatione sanctorum episcoporum, monachorum^{ff)}, ceterorumque confessorum.

Inter hec etiam continet plurimorum^{gg)} flores librorum — ut dictum est — non tamen sacrorum doctorum, sed etiam philosophorum et poetarum. Verumptamen illorum, qui multa scripserunt ac magna, et de quorum scriptis excerpseram plurima, ut^{hh)} Ambrosii, Ieronimi, Crisostomi, Augustini, Gregorii, Bernardi ac ceterorum huiusmodi. Horum, inquam, flores causa vitande prolixitatis in duasⁱⁱ⁾ partes divisi: nam illos quidem eorum libros, qui maxime sunt^{kk)} morales^{kk)}, ut est Liber Confessionum Augustini, meditationes Anselmi vel beati Bernardi vel similes, sub quadam continuatione verborum abbreviavi, ita, ut si libri cuiuslibet^{ll)} magnitudinem ignorares, totum te habere putares. Hos in quarta^{mm)} parte¹⁰³⁾ locis suis composui ac per capitula distinxī, quatinusⁿⁿ⁾ ad historie modum propter ipsam continuitatem in rectoriis, in infirmatoriis et aliis locis inter fratres edificationis causa possint legiⁿⁿ⁾. Ceteros autem flosculos, quos^{oo)} ex eisdem vel ex aliis libris minutatim et incompacte per diversa loca excerpī, in ceteris^{pp)} partibus^{pp)} sub diversis titulis congruenter inserere^{qq)} iudicavi^{qq)}. Porro in fine quarter^{rr)} partis adicitur^{ss)} epilogus brevis de fine mundi.

c. 18. Retractatio^{tt)} prime^{uu)} partis

Tanto igitur, tamque laborioso opere per Dei gratiam ad finem usque perducto, ego quoque^{vv)} navem^{vv-ww)} meam per spaciosissima scripturarum maria iam ex longo tempore fluctuantem ipsaque distractione semetipsam quodammodo lacerantem ad portum stabilitatis sue redu-

^{cc)} historia graforum D_1 ^{dd)} universalis N_3 ^{ee)} breve N_1
^{ff-ff)} *fehlt* H_2 ^{gg)} *fehlt* D ^{hh)} sicut D ⁱⁱ⁾ *fehlt* D
^{kk-kk)} morales sunt D ^{ll)} ipsius D ^{mm)} tertia D ⁿⁿ⁻ⁿⁿ⁾ *fehlt* D
^{oo)} *folgt* vel D ^{pp-pp)} prima et secunda parte D ^{qq-qq)} inserui
 D ^{rr)} tertia D ^{ss)} additur D ^{tt)} retractio N_3 ^{uu)} utri-
usque D ^{vv-vv)} *fehlt* D_1 ^{ww)} mentem $H_1H_2H_3H_4N$; *korrigiert* H_5

¹⁰²⁾ Der sogen. Pseudo-Turpin entstand im 12. Jh. und wurde dem Zeitgenossen Karls des Großen Turpin von Reims zugeschrieben.

¹⁰³⁾ Vincenz hat also eine Kurzfassung der diversen Moralschriftsteller dem Speculum Historiale eingeordnet.